25310

RELATIO LATINA
SOLENNISSIMI INGRESSVS,
In Vrbem Metropolitanam Cracovienſem, & Arcem Magnificentiſsimam, cum ſummo plauſu & pompa.

SERENISSIMI & INVICTISSIMI
REGIS POLONIÆ &c.
DVCIS HÆREDITARII
ac
ELECTORIS SAXONIÆ &c.
Peracti die 12. Septembris 1697

ac

RELATIO ACTVS CORONATIONIS.

PRout ſemper à Supremo Iove principium cujuſvis rei intereſt facere, ita etiam *Sereniſſimus Rex* ab Octaua adhuc præſenti, nempe à die Solennis Feſtiuitatis Natalis B. V. MARIÆ poſt Confeſſionem Sacramentalem, in Templo SS. Petri & Pauli, Patrum Soc: IESU, ad hunc Actum Coronationis ſe deſtinando, ordiebatur à Laudibus DEI, & eademmet hebdomada tres dies jejunauit, ob præparationem tam Magnæ ſuſcipiendæ Coronæ. Inprimis igitur quoad ingreſſum ſpectat, ſciendum eſt; pridie illius pamandatum Regium, ad Caſtra ſua ordinatum fuiſſe, vt eſſent paratiſsimum ad inducendum luce craſtina Regem Sereniſſimũ præmonendo cunctas legiones & aſſiſtentias de omni modeſtia & euitatione occaſionis ad excitandum aliquem tumultum. Die igitur Iovis mane poſt auditum ſacrum inter nonam & decimam horam, egreſſus eſt *Sereniſſimus Rex*, cum omni ſua aula, ad Villam vocatam Promnik. (& prandebat illuc) ibi inuenit iam ſuum exercitum cum ſalutatione reddentem Majeſtati Regiæ honorem debitum.

A Milita;

Militarem. Conueniebant interea varia agmina, pedestrium & Equestrium hominum in suburbia & campos Villæ dictæ Promnik, nempe pedestres Militiæ in Hungarico vestitu. Polonaq; vexilla Loricatorum & Hastatorum pulcherrime adornata. Quos S. R. Majestas spectans, recipiebat honores & salutationes submissimas cum sua satisfactione Regia, interdiu expectabant omnes, donec alij sensim in idem gremium conuenissent, scilicet ordo Equestris Inclitissimæ Nobilitatis, Officiales vtriusq; gentis, & Senatores vtriusq; classis &c. Steterunt postea disposite pedestris Militia Regalis in rubro Vestitu nouo duplici ordine à Villa Promnik, vsq; per Vrbem ad ipsam Arcem per medium relicta via propter ingressum. A tergo verò illorum aliquot 10. Vexilla, itidem per totam Vrbem disposita stabant, bracteatorum in Ferreis manicis & casibus pro securitate & bono Ordine Ingressus hujus, optimis omnes insidentes equis Castaneofuscis. Civitas etiam in armis omnis ordinate expressa cum Vexillis pro salutatione Serenissimi & redditione suæ subditæ humilitatis, vt potè contubernia omnia. His Vestigijs more militari equitans caterua Mercatorum extraneorum venit in cultissimo habitu, quorum Vexilla duo vnum cum Musica Tibicinum, alterum cum Fayfris. Item Polonorum Mercantium equitatus, instar leuioris armaturæ Militum conuolarunt, qui inducto Rege Serenissimo steterunt Ordine expectantes redeuntem. Vexilla postea Hungariæ Militiæ sex nonullorum Magnatum Regni in nouo Vestitu varij coloris incedebant. Item Gregarij Milites Regij in rubro amictu vittis circumdecorato fuerunt Vexilla decem cum gladijs euaginatis in manu. Officialistæ ante eos cultissime ornati equis pulcherrimis, armis subjugijsq; argenteis lapide pretioso contextis enitebant, aliqui Officiales Galeas habuerunt sub Pennis: Raytaria item desuper pallio Vestita minati coloris Fimbriato Vitta argentea, sub pennis albis vniformibus Tympana illis argento fusa deaurata sub stemmatibus aureis Regalibus, quam Raytariam vocant aulicam Guardyam. Tibicines 24 cum argenteis Tubis & stemmatibus Regalibus deauratis in vestitu miniati coloris & cyanei, sub galeis pennatibus. Post hos ducebantur equi ad apparentiam ornatu splendidissimo nitentes, variorum colorum cum instratis Ephippijs auro segmentatis, tegumenta in illis holosericea coccinea Filo aureo Argenteoq;

largissi-

largiſſime prætexta,ſtemmate inſignita Regali. Subjugia ad luxum ſolo decora auro, eleganti artificio, elaborata, in ijſdem ſplendeſcebant equis, quorum numerabantur 40. Item Muli 40. ſub tegmine aurato prædiuite, circumcirca vittis argenteis decorato, ſub ſtemmatibus itidem Regalibus ac Verticibus criſtatis, prima varij coloris in collis campanullæ ligamine ſericeo apud omnes vniformiter appenſæ, jucundè perſonantes, ducebantur partim à Turcicis, partim ab aliarum nationum hominibus, Veſtitis apparentiſſime indumento flauci coloris in illis arcæ vehebantur completæ auro & argento, ac pretioſis theſauris Regalibus. Item duo Muli ferentes Lecticam, nempe currum Regalem prædiuitem auro, qui ducebant illos, veſtiti ſunt pretioſiori amictu, quàm illi. Circa Lecticam Curſores præcipitabant, coccineo panno, pulchre operti. Inſequebantur item Carpenta aulica 20 inter quæ Illuſtr: ac Excellent: Dñi. D. Court Reyniche S. R. Imperij Comitis de Calemberg, S. R. Maieſtatis Polon: Coronati nouiter Hæreditarij Ducis Saxoniæ Camerarij &c. Vecta 6. equis, Injugata ditiſſimè. Penes quodlibet Carpentum in diuerſo colore militaris aſſiſtentia, nempe in viridi flauo rubroq; fimbriatis Veſtibus Vitta argentea. Quidam more Turcico veſtiti, quidam more Hungarico procedebant. Curſores circa illa luculenter ornati in pileis pennantibus. Præterea Carpenta 5. Ablegati Magni à Cæſare Chriſtianorum Principis Imperij Epiſcopi Paſſauienſis vehebantur, propè illa milites in liberis ex panno Caryophillacei coloris, Vitta mixtùm holoſericea argenteaq; adornatis. Ex his vnum Carpentum pulcherrimum, equi, Murini coloris, trahebant. Demum Carpenta 12. ſplendidiſſima Regalia in aſſiſtentia militiæ variæ, vltimum præſertim Carpentum, intus & extra, aureo filo locupletiſſimè contextum octo equis vehebatur, injugijs deaurato argenteis trahebant, iuba & Capite Criſtato enitentes coloris nitido Lupini cum ſtemmatibus Regalibus. Circa hocce Carpentum procedebat varia militaris aſſiſtentia in Hungarico Turcicoq; Veſtitu ſub pennis albentibus decorati de ſub Liberijs. Tandem ducebantur equi octo ſonipedes elegantiſſimi inſtar Bucefalorum cum pretioſiſſimis operimentis holoſericeis auro contextis, cætero ornamento locupletiſſimi Regali ſtemmate inſigniti præſertim vltimo progrediens, fuſci coloris Iuba ſuperbiens criſtaq; nitens appenſa quaſi lateri vexit

 frame-

frameam fastuosissime lapide pretioso contextam, Ephippium in illa nimis pretiosum & elegantissimum, reliqua ornamenta nempe fræna &c. adamantibus mixtim cum raris pretiosis lapidibus ad luxum impinguata. Item Vexilla Raytarorum in suo novo decoro vestitu, post equos procedebant. In suburbio in Templo S. Floriani Alma Vniversitas Academiæ, per Illustr: & Rndum D. Rectorem suum condignè Serenissimum Regem salutauit, illucq; pro tunc ad osculum Manus Regiæ admissa, recepto pro salutatione responso ore Illustr: Vice Cancellarij Regni. Cum autem approximaretur Serenissimus Rex Vrbi, ante portam Vrbis Prænobilis ac Spectabilis Magistratus Cracoviensis per D. Præsidentem, protunc Dominum Stanislaum Łopacki Ph: & Medic: Doct: cum præsentatione Clauium Vrbis humillime salutatus est stylo Oratorio elegantissimo, huic ore Illustr: Vice Cancellarij Regni responsum debite est, & admissi sunt ad osculum manus Regis Prænobiles uero Dni Consules Cracouienses suo ordine acceptum Baldachinum ex Materia sericea aurea splendidissimum portarunt super Regem Serenissimum per Vrbem vsq; ad Arcem, vbi in foro ipso duæ Triumphales Portæ, ad stuporem erectæ cum raris inscriptionibus & eximijs elogijs auro argentoq; exarætæ fuere, in quarum vna effigies Regalis ad vivum expressa stabat, in altera parte noviter Coronatus Serenissimus Rex Bucefalum artificioso expressum cum Clava Regia Loricatus Potentissimus Monarcha insederat. Tempore ingressus in Vrbem ex tormentis salutatus est tribus vicibus iteratis. Propter securitatē autem Regiæ Maiestatis antecedebant Vexilla Raytarorum. Post terga Serenissimi Regis procedebant lento gradu aliæ militiæ, ipse delectus virorum Polonici & Germanici exercitus, nempe Loricati Magnatum Regni gradiebantur dispositè, tanquam paratissimi ad aciem: Vexilla illorum sex vnum Regale Loricatorum cum signis rubro flaueoq; igneis, Cataphractorum. Item Vexilla 3. atq; vnum Regale equis præparamento bellico munitissimi viri, Tribuni illorum & cæteri Officiales pileis cristanis differebant, Vniuersi verò ex ferro fusis Thoracibus splendescebant. Item Vexilla districtuum recenter, à Serenissimo Rege extructa. Cateruæ item Nobilitatis, Palatinatus Posnaniensis, Cracouiensis, Sendomiriensis, & uariorum aliorum Palatinatuum splendide decorarunt ingressum Serenissimi Regis,

Post

Post hos omnes Illustr. Senatores, Officiales, vtriusq; gentis comitabantur Serenissimum Regem Illustr. Episcopi, Prælati, Abbates &c. Illustr. Marschalcus aulæ Regni scipionem pretiosissimum semper antetulerat Serenissimo Regi; Serenissimus ipse Rex, pretiosissima desuper Veste auro puro contexta, vere Regali indumento Vestitus adamantibus ad luxum fimbriato, quod subductum fuit, pellibus enustellarum albarum. Inferior autem vestis globis adamantibus magnis ponderosissima, præcinctus Serenissimus, super omnes vestes baltheo appretiato densis adamantibus, frameam Polonam lateri suo adamantibus itidem fastuosissime adornatam accinxit, galea in vertice eius, fibulis adamantibus nexa, fascia itidem Adamantina circum cum penna rubra. Uno verbo ornatus hic potest æstimari quantitate aliquot millionum Imperialium, præter equum insessum, frænis & cæteris cum equo ornamentis adamantibus, superbè & Magnificentissimè decorem, qui fuit nitidissimo flaueus, pulcherrimus & tractabilis, lento gressu sub Serenissimo Rege pedibus desuper quasi saltu ferebatur, adeo exercitatus vt similior in tota Europa inueniri cum difficultate posset; Comitantia Senatorum & Officialium aliorumq; procerum & magnatum Regni ante ipsum Baldachinum in pretioso & elegantissimo ornatu procedebat. Proxime autem Seren: Regis extra Baldachinum Celsissimus Legatus Magnus ab Augustissimo Cæsare Christianorum Princeps Imperij Episcopus Passauiensis, Illustr: ac Excelent: Comes Oberwek, Legatus Magn. Serenissimi Electoris Brandeburgici. Illustr:&Excel: D. Comit. Reiniche de Calemberg, S. R. Imperij Comes, Camerarius S. R. M. ac Illustr. & R.ndmus Episcopus Cujauiensis, & Pomeraniæ destinatus ex Consilio Senatorio ad Coronationem Regis Serenissimi. Alij autem Ablegati extranei in Gremio Senatorũ antecedebant Seren. Regem. Paululum remotius à tergo Seren. rubro vestitu Vittis argenteis fimbriato ornatæ equis albo canoq; pomatis insidentes ibant Gvardiæ Regales, Aulicæ Leyb Gvardiæ, Item delecta virorum in ornatu quasi Raytarya, Arahibuzye. Item 24. Militum Vocatorum Karac. Cum iam aduenisset Seren: Rex ad Portam Arcis, Illustr. & Excell. Dñus Franciscus Comes in Zywiec & Pieskowa Skała Wielopolski Generalis Minoris Poloniæ, Capitaneus Craco-uiensis, iuxta consuetudinem salutauit Regiam Maiestatem, condigno

sermo-

ſermone, præſentando Claues aureas portarum. Pro qua retulit affa-
bile reſponſum ore Illuſtr. Dńi Vice Cancellarij Regni. In Arce au-
tem ante & in Templo ipſo ſalutauit Regem Seren: Celſiſsimus Prin-
ceps Epiſc: Crac: juxta morem cum Peraug: Capitulo huius Cathedræ
ore Illuſtr. & Rńdmi Decani Cracouienſis & ſic poſt has Ceremonias
& gratiarum actiones Maieſtati Diuinæ redditas introductus eſt ad
Arcem cum vniuerſali omnium applauſu Viuat Viuat perſonante.
Ex tormentis denuo bellicis ſalutatus eſt. In craſtino die 13. cur-
rentis Menſis abſolvebantur Solennes Exequiæ in eodem Templo
Cathedrali penes Mauzoleum Piæ memoriæ Seren olim Regis Io-
annis III. pietatis ergo ſumptu Seren. Regis recenter coronati expo-
ſitum, vbi præſens adfuit ipſe Sereniſsimus Rex in frequentia
Illuſtr: Senatorum & Officialium Regni, Sacrum Votivum pro defun-
cto legit Illuſtriſs: Epiſcopus Samogitiæ & Funebralem ſermonem
Perill: Rńdmus Dńus Kurdwánowſki Notarius Regni, Canonicus
Crac: Inſignia Regni iuxta conſuetudinem ſub Mauzoleum proijcie-
bantur. Et ſic omnes ad hunc Actum abſolutæ ſunt Ceremoniæ. Se-
reniſſimus etiam ipſe Neoelectus funeri adfuit in lugubri Veſtitu.
Die 14. Audiuit Sacrum in Templo Arcis & eodem die ieiunium
obſeruabat, propter præparandum ſe ad recipienda ſceptra ac Inſi-
gnia Regalia. Poſt prandium autem hora 2da deductus eſt Sereniſſi-
mus Rex ſecundum conſuetudinem in locum rupis, vulgo vocatum
S. Stanislai, Patrum Ordinis S. Pauli primi Eremitæ proceſſionaliter
à Clero, cum aſſiſtentia Illuſtr. tàm Senatorij quàm Equeſtris Ordi-
nis vbi Gvardyæ variæ circum duo Millia præter hos qui Ordinibus
ab ipſa Arce vſq; ad Templum Rupis diſpoſiti fuerunt, inueniebantur.
Illuc in occurſum, venit Vrbs Caſimiria, & Seren: ſalutauit per Dńum
Groſzkievicium Conſulem Caſimirienſem, deinde progredienti Se-
reniſ: occurrerunt R R. PP. Auguſtiani quorũ R. P. Prior ſalutauit Re-
giam Maieſtatem, Italico idiomate vnde magnopere Sereniſsimus
fuit ſatisfactus. His ſtatim reſpondit Nomine Regio, Illuſtr. Vice Can
cellarius Regni, Poſtea lentiſsimo paſſu cum frequentia Senatorum in
Cæmeterium R R. Patrum Eremitarum Ord. S. Pauli ingreſſus, & ibi
honorificentiſsime ſalutatus fuerat, ore, Rńdi P. Prouic: ſupradicto-
rum Patrum, vbi etiam Nomine Sereniſs: digne itidem Illuſtr. Vice
Cancellarius Regni reſpondit. Tandem factis aliquot paſsibus pro-
pius

pius Templi adivit Portam Triumphalem, quæ elegantissime ante Templum erecta fuit, in plausu Regi Seren: per Rndos PP. eiusdem loci cum inscriptionibus, vbi ex parte Orientali ad ingressum Ecclesiæ Porta erat duobus altioribus sustentata Columnis, Inter quas mediam intercapedinem supra ipsum met ingressum occupabat schemma seu potius effigies Serenifs. aurea, ex adamantibus & lapidibus pretiosis redimita Corona, quam ex vna parte Fides, ex altera Ecclesia infra succolantibus Genijs manutenebant. Desuper intereminentiores Palmas Laurosq; impendebat Imago S. Michaelis Archangeli quasi protegentis ac defendentis Regem cum inscriptione,

Protegam eum quoniam cognouit Nomen meum. Psal. 90.

A Columnis ex vtroq; latere pendebant 2. Imagines 7. v. 8vo. Cubitorum altæ, latæ vero ad sex, quarum vna à Parte dextra, repræsentabat S. Paulum é Cælo currum Triumphalem submittentem, Palmis Triumphalibus onustum, qui à duobus Leonibus trahebatur. Inscriptio erat.

Aurea Sarmaticis redeunt iam Sæcula Regnis.

A Parte sinistra altera Imago monstrabat S. Stanislaum, pariter é Cælo demissum, currum itidem Triumphalem. 4. Aquilis tractum, offerentem, laureisq; onustum Coronis, cum Lemmate.

Surgit in AVGVSTO Pietas rediuiua SECVNDO.

Ad frontem vtriusq; Imaginis stabant duæ Pyramidales Columnæ, quarum vni tres Genij affigebant Clypeum duobus ensibus transversim compositis (vti Gentilitio insigni Serenissimi) ornatum, quos laurus vndiquè ambiebant in Cuspide autem Pyramidali superstans Genius explicabat Epigraphe.

In Fulcrum Pacis.

Alteri vero affigebatur Clypeus cum ijsdem Ensibus Medio Regali, Sceptro distinctis, & simul cum illo Corona aurea vinctis. Insistens vero Pyramidi Genius Inscriptionem tenebat.

In Præsidium Libertatis.

Inferius ex vtraq; parte stantes duodecim Scenice adornati pueri Triumphali Carmine ouantem excipiebant Regem, accomoda salutatione, cuncta secunda secundo exoptantes.

Postea intrauit Templum Serenissimus in quo flexis genibus laudeq; DEI deuotissime annuntiata ad sepulchrum S. Stanislai divertit

tit ibi quoq; humi prostratus Diuinam implorabat Maiestatem. Vesperas tunc in Harmonia Musicantium canebat Illustr: Episcopus Samogitiæ. Quibus finitis retroversus est ad Arcem pedester cum ædificatione totius spectantis Populi Carpentum autem dictum vehebatur Octo equis splendidißime iniugatis, coloris nitido Lupini in asistentia variæ militiæ.

In crastino die Dñico hoc est 15. Præteriti Mensis post Confessione Sacramentalem & Submissionem reditam Majestati Divinæ in Templo Cathedrali obligavit seipsum publicè Serenissimus Rex. Qui sicuti omnia sua studia cõvertit ad promovendum bonum Regni & Reipubl, ità etiam exercitum suum satis decorum ex visceribus Principatus sui eductum in obsequium Reipubl: obtulit solenniter ac juravit iterato & subscripsit Pacta cõuenta. Tandē Ceremoniam Coronationis solitam juxta Pontificale in præsentia Ordinum & Statuum Regni, cum omni solennitate usitata Illustrissimus Episcopus Cujaviensis & Pomeraniæ, in assistentia aliorum Illustrisśi. Episcoporum, pontificialiter ornatorum: Nempè in assistentia Celsissimi Principis Episcopi Cracoviensis, Illustrissimi Episcopi Præmyślienśis, Cãcellarij Magni Regni, Illustrissimi Episcopi Samogitiæ. Illustr: Suffraganei Varminensis multorumq; Illustrissimorum & Reverendissimorum Referendiariorum utriusq; Gentis inhoavit. Cui Ceremoniæ adfuit Serenissimus Rex in aparatu Ducali hoc est in paludamento tetro violacei coloris, holoserico aureis argenteisq; mixtim insperso floribus, Mustellis subducto Albis, per quas spatiatim Caudulæ Zebelinæ enitebant. infra paludamentum pretiosissima nimis & raro visa bractea, alias thorace bracteato adornanatus, adamantibus, Carbunculis, Smaragdis, respendente. Ad latus autem pro more Ducali, gladium, varijs etiam pretiosis lapidibus, artificio speciali instructum deportabat. In tali igitur apparatu, cum venerit ante magnum Altare Cathedrale inflexit Genua, ibiq; deposito ornatu Ducali, per manus Illustissimi Episcopi Cujaviensis, unctus post lectas juxta Pontificale Litanias, parumper post Altari sumpto recessu ad solitam Capellam Regiam transornatus est in Vestes more Episcopali, & ita est indutus Regalibus hoc est Casula ex Materia auro texta quām cinxerunt Fimbræ holoserici purpurei vittis argenteis circumornatæ, ex cujus Casulæ

medio

medio pendebat Artificiosa Aquila, præsuperbe gemmis & adamantibus varijsq; lapidibus contexta, cum insignijs Reipubl: venit itaq; in hoc ornatu, ante Altare magnum, præcedentibus, sc. Illustrissimo Marescbalco Aulæ Regni, cum scipione pretioso Perillustribus & Magnificis Vexilliferis vtriusq; gentis Vexilla manutenentibus, Primus Vexillum rubrum, alter cyaneum gestabat. Perillustril Gladifer Regni cum evaginato Mucrone. Illustr: Palatinus Cracoviensis, Regale Diadema portabat, Illustr: Palatinus Łęcicięnsis, Generalis Majoris Poloniæ, cum Pomo Regali, Illustris: Castellanus Vilnensis Campiductor M. D L. cum sceptro Regio accesserunt illuc, qui bus depositis in manus Illustrissimi Episcopi Cujaviensis & Pomeraniæ ex Senatus Consilio ad hunc Actum Solennem assignati paululum recesserunt. Quibus insignijs dictus Illustr: Episcopus Cujaviensis honorificentissimè receptis, illisq; Altari impositis sacrum incepit. Assistebant illi in Casulis Prælati Celsissimi Capituli Cracov:, ad cuius initium, secundum Pontificale eadē insignia collata fuère Noviter Electo. Cubi ante omnia recepto ex manibus Illustr: Episcopi Cuiaviensis gladio, decertabat in documētum, quòd semper paratus certare pro fide Catholica. Applaudebant illi omnes Universaliter Proceres & Magnates Regni cum aggratulationibus, vivat, viuat, proclamando. Ex tormentis pluribus, tàm in arce, quàm in circuitu Urbis repetita ter vice salutatus est Serenissimus, Triumphi etiam varij absoluti. Personabant cum plausu variæ Inventionis Musicæ, Tandem Rex Serenissimus recessit in Thronum Regalem in quo solium stabat Magnificentissimum ex puro argento artefactum, cum insignijs aureis tàm Regni quàm M. D. L. quàm etiam Serenissimi Noviter Coronati. Sedens igitur in solio attentissime & devotissime audivit Sacrum, & cum sequeretur instās offertorij, accesserunt ad solium Illustr: Episcopi Præmyślicnsis & Samogitiæ, invitantes ad recipiendam Sphæram pomi aurei, quàm antequam recepisset, obtulit Massam auri, hâc tandem recepta, ad Thronum Regalē anteeuntibus Senatorib' tâm Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus retrovertit, & continuavit auditionem Sacri, usq; ad Communionem Sanctam, cujus recipiendæ cum tempus venerit, denuntiarunt Illustris: dicti Episcopi S. R. M. qui statim cum Summa Re-

ma Reverentia & devotione ad altare accesit, post susceptumq; honorificè Sacramentum, in solium reversus, ubi ad finem axaudito sacro atq; suscepta Episcopali benedictione, progressus est in eodem apparatu Regali, ad Palatium sursum, præcedentibus Perillustribus Supradictis Signiferis. Illustris: Episcopo Cuiaviensi post depositum suum apparatum Episcopalem, & in Numerosissima Illustrissimorũ Senatorum Procerum Regni circumcirca comitantia incedebat, & antequam ex Templo exiret Serenissimus, jecit Thesaurarius Aulæ Regni inter adstantem populum, pro consuetudine pecunias, in quarum una parte, effigies Serenissimi Regis, in altera Sceptrum cum gladio fuit expressum, apposito Lemmate. Reget & defendet. Progrediens itaq; Rex Serenissimus venit ad suum ordinarium Palatium, inibi deposito suo Regali apparatu, in cõmunem transornatus vestitum, divertit ad amplum hyppocaustum, ubi Solennissime Celsissimum Principem S. R. Imperij Episcopum Passaviensẽ Ablegatum Augustiss: Imperatoris ad hunc Actum Deputatum, etiam Illustrissimum Dñum Hovemberg Ablegatum itidem Principis Electoris Brandeburgici, ad Regalem suam invocavit mensam; à parte autem Manus dextræ, sedebat Celsissimus Dux Episcopus Cracov: Illustris: Rñdorum Dñi Referendarij Regni. ab altera parte Illustrissimi Senatores & Officiales tàm Regni, quàm M. D. L. Ministri vero quorum de Officio concernebat suas ad Mensam absolvebant functiones.

Quo ad Solennitatẽ Cõvivij, multa forent scribẽda, tamen innuere satis, quòd fuit Magnum Convivium cum omni sufficientia optimorum ferculorum, & Sumptuosissimè ex Saccaris Pyramidarũ erectarum. Potùs ac liquores varij quàm præstantissimi fuerunt. Splendorem, Magnificentiam, impossibile sufficienter exprimere quæ omnia absolvebatur in Musica elegantissima. In Conclusione Prandij advesperascente Cælo dabantur Panes Martij vbi faces ex cera alba 40. accensæ Vices gerebant solis, prædiuites cum insignijs Sanctissimi Papæ, Augustissimi Imperatoris Reipublicæq; Polonæ & M. D. L. etiam propria insignia noviter Coronati Regis inueniebantur. In Arce autem inferius propter populum communem liquores varij, ad sufficientiam expositi fuere.

Die 16, eiusdem hora 4. post meridiem, iuxta consuetudinem Serenissi-

serenissi-

renissima Maiestas Regia, in solenni forma & Maiestate pro homagio incedebat ante Prætorium vbi Theatrum expositum & Baldachinum, cum his omnibus assistentijs Militum & Gvardiarum, quæ fuerunt in ingressu, solum ea differentia fuit, quia maior numerus inveniebatur Ordinis equestris & Senatorij. Insignia Regalia, nempe Coronam, Sceptrũ, & pomum ferebant Illustrissimi Senatores in puluinis pretiosissimis immediatè ante Regem Serenissimum, qui decentissime, Polono vestitu holoserico tetro violacei coloris cum nodis fibulatis adamantinib⁹ indutus fuit. Framea ad latus eius aurea pretiosissimis amicta fere lapidibus, manu tenens clauam. Pileus eiusdem cum Veste coloris, vnionibus ac adamantibus in quadratum ornatus. Eundem equum quem & in ingressu insederat. Frænum & Ephippium cum omnibus cæteris decoribus nimis æstimatissimum, & cum venerit ante Prætorium, descendit ex equo in Theatrum, ibiq; parumper cõmoratus ivit, cum assistentia Magnatum in Medium Prætorij, susceptusq; cum salutatione à Prænobili ac spectabili Magistratu & honorificentissime indutus Regalibus, breui regressus est in Theatrum, & sub Baldachino sedit, inter duo Vexilla Regni & M. D. Lithuaniæ, quæ deportabant supradicti Illustres Signiferi in Comitatu & assistentia semper Illustrissimorum Episcoporum Cuiauiensis, Præmysliẽsis, Samogitiæ, Suffraganei Varmiẽsis, Illustrissimorũ & Rñdorum Referendariorum utriusq; gentis. Hic Homagium Submissionis reddebat Oratorio Stylo, Prænobilis Dominus Stanislaus Łopacki, Serenissimo Regi, cum Portatione Iurium & Clavium Urbis, cui responsum est præclarissimè ore Illustrissimi Cancellarij Mag: Regni. Tandem Prænobiles Dñi Consules admissi sunt ad osculum Manus Regiæ. Post illos Illustr: Episcopus Cujaviensis præsentabat nonnullos ad Notabilitandum juxta consuetudinem gladio. Cum id fecerit Serenissim⁹, Prærogativâ Nobilitatis donati sunt, qui vocantur Equites aurati. Finitis his Ceremonijs reversus est Serenissimus Rex in Curiam sive Prætorium, depositisq; Regalibus vehebatur carpento pretiosissimo, ad arcem octo Equis injugato, cum eisdem assistentijs & Triumphis, & omnis populus exclamabat, vivat, vivat. Tempore harum Ceremoniarum, ex intormentis incircuitu Urbis personatum est. In Urbe autem ipsa instrumentis varijs bellicis etiam Prætoriani Milites ex Scolpetis. Itidem Re-

galis

galis peditatus salutabant Serenissimum. Ipso autem vespere ante Prætorium mittebantur Pyroboli, certas literas in áëre explicantes nempè *Viuat AVGVSTVS &c.* In foro ipso 4. boves toti verubus perfossi coquebantur, & aliquot dolia magna vini exposita, quòd debuit quasi ex fontana erumpere qui propter brevitatẽ temporis non præparata, &c. &c. Rursus brevibus verbis hanc Relationem concludere necesse, quia Ingressum tàm solennem & cum maiori Pompa absolutum, sæcula non habuerunt, etiamsi tres Monarchæ insimul Ingressus suos compararent.
Omnia quietissime favore Superum absoluta sunt.

Ad Majorem Dei Gloriam, & Serenissimi ac Potentissimi Regis Poloniarum Honorem.

